IOHANNES CHRYSOSTOMUS
Österreich, Ende 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tales escas edebat/ fiducialiter dicebat. Eructauit cor meum uerbum bonum.
Commouentur itum unde/ sed mens constantior fit. Agitantur corpora/
sed auris dura et intrepida/ et cum omni intentione audiamus quid dicuntur.
Vidistis hesterna die kmi prophetam loquentem et dd regem cadentem.
surgentem. uincentem. coronatum. et publicatum. Vidistis peccatum insur-
gens. et per penitentiam corruens/ et tanquam fera quedam peccatum
insiliens. et allidens/ sed ingressa penitentia releuans et exaltans/
medicamentum uulneris. spes salutis. Vidistis prophetam arguentem.
uidistis et regem philosophice portantem. uidistis secantem medicum.
saniem uulnere defluentem. Vidistis penitentem et mortuum uiuifican-
tem. Audistis regem dicentem peccaui domino. et prophetam respondentem/ dns
transtulit peccatum tuum. Velox confessio. uelocior medicina/ facto
peccauit. uerbo penituit/ annuit ds et correctio facta est/ uulnus
aperuit et sanitas redit/ sed non fuit propheta his contentus. Nam post cor-
reptionem. post penitentiam. post emendationem. post peccatorum ablutionem. psalmum
hanc
ob causam scripsit/ ita ut etiam postere generationi fiat illius passio
medicina. et illius naufragium sit aliis portus/ et quibus ille uulneratus est
et emendauit. aliis in his de incidentibus ipsa possint uti medicina. et e-
mendatione sanari. Sed nunc uideamus quid dicit psalmus/ et cum sincero affec-
tu audiamus. Miserere mei ds secundum magnam miam tuam/ et secundum multitudi-
nem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Quid amplius queris. Per se-
uera gratias agens indesinenter glorifica/ quia ablatum est peccatum tuum.
Sed uolo inquit et cicatricem extenuare. Ablatum est uulnus/ uolo et pulcritudinem
recipere. Ideo dicit. Miserere mei ds. Ad miam inquit confugio. ad com-
munem peccantium portum/ nec enim confido operibus meis. si forte quid bo-
ni feci. Miserere mei ds/ quia mia tua inestimabilis est. omnem excedens